1587 octubre 6. Vilafranca del Penedès

Pere Guasch, notari públic de Vilafranca del Penedès per autoritat reial i de l'ardiaca del Penedès, dona fe que Jaume Lluís, burgès del dit lloc, reconeix rebre de Jaume del Xam, prevere beneficiat en l'església parroquial de Santa Maria, tres lliures de moneda barcelonesa de tern en concepte de la lluïció d'un cens de mitja quartera d'ordi que el dit del Xam pagava anualment per la festa de sant Pere Feliu per una peça de terra que tenia al lloc dit la Rasa de la Pelegrina.

A. L'Hospitalet de Llobregat, Arxiu Municipal. Al dors « nº 24 No es veu clarament lo escrit»

Universis de singulibus harum seriem inspecturis, visuris, lecturis pariterque audituris, attestor fidemque indubiam facio ego, Petrus | Guasch, Villefranche Penitensis, barchinonensis diocesis, regia et reverendi domini archidiaconis Penitensis auctoribus notarius publicus infrascriptus, quod apud me, dictum infrascriptum | notarium, in dicta Villafrancha Penitensis fuit receptum et testificatum quoddam apoche et diffinitionis instrumentum quod in aprissia seu matrices script- | tura est thenoris huiusmodi:

Die sexta mensis octobris, anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo septimo. Ego, Iacobi Ludovicus pehobur- | gensis Villefranche Penitensis, confiteor de in veritate recognosco vobis, venerabili Ioanni del Xamo, presbitero, in ecclesia parrochiali Beate Marie dicte ville be- | neficiato, quod numerando realiter et de facto omnimode voluntati mee, dedistis et solvistis mihi egoque a vobis habuisse et recepisse confiteor tres libras mo- | nete Barcinone et sunt pro luytione, quitatione et pretii restitucione illius medie quarterie ordei de censi boni, pulcri, nitidi et receptibilis ad rectam | mensuram dicte ville, quam vos, annis singulis, in nuda tamen perceptione vel alio quocumque modo, mihi faciebatis et prestabatis in die seu festo | sanctorum Petri et Felicis mensis augusti, in et super quadam peciuncula terre continente unius cortoni parum plus vel minus, quam vos, dictus venerabilis | Ioannes del Xam habetis, tenetis et possidetis in territorio presentis ville, apud locum dictum la Rasa de la Palegrina, iuxta aliam peciam terre vestram, pro- | ut terminatur ab oriente partim in dicta pecia terre vestra de partim cum honore Gasparis Soler, botigerii pannorum dicte ville, qui fuit magister | Melchoris Peho, quondam medicinis doctoris, fratris mei,

et partim in honore Francisci Soler, sutoris, a meridie cum dicto Gasparis Soler, ab occidente et a | circio cum dicta pecia de terre vestra. Et ideo, renunciando *et cetera* presentem vobis facio appocham *et cetera*, fiat cum cancellatione instrumenti dicti census et cum diffi- | nitiones ac pacto firmissimo de ulterius aliquid non petendo et aliis clausulis in similibus instrumentis poni assuetis, iuxta stillum notarii insfrascripti *et cetera*.

Testes | sunt, Ioannes Coll, agricola mansi de Puigpera termini Castri Veteris extremi de Marcha, et Bartholomeus Balla, assahonator pellium Villefranche | Penitensis.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium ego, idem notarius, hic me subscribo et meum | solitum artis notarie appono sig*(senyal)*num.